

# Kreis Varburg

S. 106

1202.

[7] B. Bernard II. von P. bekundet, daß zwischen dem Kloster Willebadessen und Ludolf von Osdagessen Streit über die von Ludolf beanspruchte Vogtei genannten Klosters entstanden und dieser dann durch Vergleich geschlichtet sei, indem Ludolf sowie sein Vater und Bruder, beide Hermann geheißen, gegen den Empfang von 20 Mark auf alle Rechte an besagter Vogtei verzichtet haben. Der Urkundende stellt diesen Verzicht unter den bischöflichen Bann und bekräftigt ihn durch sein Siegel.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus secundus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus. Quoniam in rebus humani varii solent emergere eventus ita, ut que discreta sollempniter ordinaverit autoritas, persepe transeant temporum lapsus diutino in oblivionem, consuetum est et utile plurimum, facta, que memorie digna censemur, scriptorum autenticorum testimonio committi. Nos itaque claustris Wilbodessens indemnitatee providere et incremento intendere volentes secundum Deum, predia eius et decimas seu etiam conditiones, quas temporibus nostris optinuit, Dei nutu proposimus confirmare. Unde presentibus notificamus et futuris, quod cum inter monasterium prefatum et Ludolfum de Osdagessen questio moveretur super advocatia claustris ipsius, quam idem Ludolfus iuri suo asscripsit, medium tandem compositionis intercessit, unde controversia pretaxata penitus conquivit. Acceptis etenim viginti marcis a procuratoribus claustris iam dicti Ludolfus prefatus cum patre suo Hermanno et fratre suo Hermanno omni iuri eiusdem advocatie, si quo modo eis competere videretur, renuntiaverunt in manus nostras et legitimos heredes suos renunciare fecerunt eidem. Ne igitur cuiusquam temeritas presumat in posterum huic facto aliquatenus obviare, presenti scripto Dei omnipotentis autoritate et nostra sub excommunicationis pena prohibemus districte factum prememoratum sigilli nostri appositione hac pagina confirmantes. Fecimus autem presens inde fieri instrumentum anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>II Indictione V., domino Innocentio sedis apostolice summo pontifice, tempore dissensionis super imperio inter dominum Ottонem et Philippum, Pontificatus nostri anno XVI. — Testes huius facti sunt: Lambertus maior prepositus, Heinricus decanus, Alexander, Thidericus, Conradus custos, Thidericus scolasticus, Bernhardus prepositus Sti. Petri, Johannes, Heinricus camerarius canonici; Amelungus vicecomes, Hermannus pincerna, Eggerhardus, Bertoldus de Bilinchusen, Anselmus, Gerhardus de Etlen et alii quam plures ecclesie nostre ministeriales.

Dria. mit einem Siegeltreifen.